

Zeitschrift: Zeitschrift für schweizerische Kirchengeschichte = Revue d'histoire ecclésiastique suisse
Herausgeber: Vereinigung für Schweizerische Kirchengeschichte
Band: 4 (1910)

Artikel: Vatikanische Aktenstücke zur Schweizerischen Kirchengeschichte aus der Zeit Johannis XXII.
Autor: Rüegg, F.
DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-119715>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

Download PDF: 17.04.2026

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

Vatikanische Aktenstücke
zur Schweizerischen Kirchengeschichte aus der Zeit
Johanns XXII.

17. Aus Anlaß der Häresie der beiden Brüder Marco und Galeazzo Visconti von Mailand wird der Bischof von Sitten beauftragt, jeglichen Markt- und Frachtwarenverkehr aus dem Wallis nach Como sowie den übrigen, Mailand benachbarten Gebieten, unter Androhung schärfster Strafen zu untersagen.

1324 Juni 9. Avignon.

Ven. fratri episcopo Sedunen¹.

Iniquitatis horride filiis Marcho et Galeatio de Vicecomitibus de Mediolano, de heretica dudum pravitate dampnatis, aliisque infestis hostibus et rebellibus nostris et S. Romane ecclesie a caritatis participatione proscriptis, omnem viam presidii, quo se reddidere indignos apud deum et homines, ne in suis roborentur erroribus, precludere affectantes: fraternitati tue per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus per universas et singulas partes tue dioc. sub spiritualibus et temporalibus penis, quibus expedire putaveris, expresse prohibeas, et alias quantum in te fuerit non permittas, quod deferantur mercimonia vel quevis utensilia versus Cumas vel quasvis partes alias, ex quibus ad civitatem Mediolan. vel alia loca perveniant, unde ipsi heretici rebelles et hostes in eorum pertinacia fragili aliquatenus valeant adiuvari, notificaturus nihilominus excommunicationis et interdicti sententias aliasque spirituales et temporales iuris penas tam per processus nostros quam Bertrandi tituli S. Marcelli presbiteri cardinalis apostolice sedis legati ac. inquisitoris heretice pravitatis in partibus illis, quos ad tuam notitiam pervenisse iam credimus, contra

¹ Aymo IV. von Thurn und Gestelenburg. 1323—1338.

omnes et singulos cuiuscumque gradus ordinis status seu dignitatis existant etiamsi patriarchali vel archiepiscopali seu quavis alia dignitate prefulgeant, dantes sive prestantes quomodolibet hereticis rebellibus ipsis et hostibus auxilium consilium vel favorem hactenus promulgatas; contradictores nihilominus auctoritate nostra appellatione postposita compescendo, non obstante, si eis aut ipsorum cuilibet a sede apostolica sit indultum, quod interdicti suspendi vel excommunicari non possint per apostolicas litteras non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, super quibus omnibus plenam et liberam tibi concedimus auctoritate presentium facultatem.

Dat. Avinion. 5 id. junii, a. 8.

Reg. Vat. secret. 112, fol. 54, N^o 25 I.

18. Johannes XXII. dankt Ludwig von Savoyen, Herrn der Waadt, für eine reichliche Sendung Fische, welche dieser ihm durch den Lausanner Chorherrn, Gerhard von Oron, hatte überbringen lassen, und kündigt mündlichen Bericht an.

1325 März 26. Avignon.

Dil. filio nobili viro Ludovico de Sabaudia domino Waudi.

De piscibus, qui dicuntur Turtures¹, a nobilitate tua copiose transmissis nobisque per Girardum de Orons^{a 2} canonicum Lausanen. nuntium tuum cum tuis litteris presentatis gratiarum referimus uberes actiones. Porro, que dictus nuntius sub commissa sibi per litteras ipsas credentia pro parte tua nobis exponere voluit, benigne et diligenter auditis, eidem ad illa necnon et ad petitiones per ipsum oblatas curavimus, prout secundum deum potuimus respondere, sicut idem nuntius tibi referre plenius poterit viva voce.

Dat. Avinion. 7 kal. apr., a. 9.

Reg. Vat. secret. 113, N^o 477.

^a *Reg. Vat. : Orotis.*

¹ Truite, eine bekannte Fischart.

² Vgl. Zeitschr. f. Schweizer. Kircheng. 1910, Heft 1, p. 55, N^o 10.

19. *Auf Grund einer Klage des Solothurner Chorherrn, Johann von Alterswyl, gegen die Mehrzahl der dortigen Chorherren, im besondern gegen Marquard von Wart, Günstling Ludwig des Baiern, über Entfremdung seiner Pfründe werden Prozesse aufgenommen und hierzu Executoren bestellt.*

1325 Juni 8. Avignon.

Dil. filiis. in Erlach¹ et. in Locodei² monasteriorum abbatibus ac. preposito ecclesie in Ansoltingen³ Lausanen. dioc.

23 A. C.] *Petitio pro parte dil. filii Johannis de Alterswile canonici ecclesie Solodoren. Lausanen. dioc. nobis exhibita continebat, quod nos dudum eidem Johanni canonicatum eiusdem ecclesie cum plenitudine iuris canonici contulimus, prebendam vero — conferendam eidem Johanni post acceptationem huiusmodi per nostras certi tenoris litteras duximus reservandum.*

Quarum auctoritate postmodum quandam prebendam per obitum Cuononis canonici eiusdem ecclesie tunc vacantem sibi de jure debitam acceptavit, ad quam quidem prebendam per dil. filios. prepositum et nonnullos canonicos eiusdem ecclesie pacifice fuit receptus. Verum maior pars canonicorum eiusdem ecclesie, qui ad primarias preces Ludovici de Bavaria Marchwardum de Wart receperant in dicta ecclesia in canonicum et in fratrem, de facto eundem Marchwardum ad possessionem prebende huiusmodi recipere presumpserunt in eiusdem Johannis non modicum preiudicium et gravamen. Nos itaque — ipsius Johannis supplicationibus inclinati : discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos — vocatis, qui fuerint evocandi, super premissis omnibus et singulis simpliciter et de plano sine strepitu et figura iudicii audiatis causam et appellatione remota fine debito decidatis, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observare ; testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint censura simili appellatione cessante compellatis veritatis testimonium perhibere.

Dat. Avinion. 6 id. junii, a. 9.

Reg. Aven. 23 fol. 239, N^o 1592 littera communis. — Reg. Vat. 79, fol. 127, N^o 1592, lit. com.

¹ Nicolaus (1309—1328).

² Richardus (1324—1329 ?)

³ Johann Senn (1324—1327 ?)

20. *Der Bischof von Lausanne wird gelobt für sein Bestreben, dem durch Gerhard von Arberg gefangenen Basler Propste, Otto von Avenches, zur Befreiung zu verhelfen, und wird aufgefordert auch weiterhin sich für den Gefangenen zu verwenden.*

1326 Februar 1. Avignon.

Ven. fratri episcopo Lausanen¹.

Grata relatione percepto, quod circa liberationem Othonis de Aventica prepositi ecclesie Basilien. quem pridem vir sacrilegus iniquitatis et perditionis alumpnus Gerardus de Arberg tempore nocturno dicitur proditionaliter captivasse, adhibere studiosam diligentiam curavisti: tue fraternitatis providentiam multipliciter in domino commendantes, eam rogamus attentius et hortamur, quatenus adhuc ad liberationem eandem, donec obtenta fierint, sic velis pro divina et apostolice sedis reverentia interponere partes tuas, assistendo nichilominus amicis dicti prepositi cum tamen honesta super hoc decentia auxiliis et favoribus oportunis, quod proinde perennis boni premium apud deum et uberiolem dicte sedis gratiam merearis.

Dat. (Avinion.) kalendis febr., a. 10.

Reg. Vat. 113 secret. fol. 253, N^o 1490.

21. *Garnirolus von Mendrisio erhält das durch den Tod des Kardinals Petrus de Columna² vacant gewordene Canonical samt Prebende an der St. Laurenzenkirche in Lugano.*

1326 Dezember 8. Avignon.

Dil. filio Guarnirololo nato quondam Martini de Busionibus de Mendrisio canonico ecclesie S. Laurentii de Lugano Burgilugani Cuman. dioc.

13 + 15 A. C.] Apostolice sedis circumspecta provisio illos non indigne munere prosequitur gratie specialis, quibus ad id laudabilia merita reperit suffragari. Dudum siquidem intendentes de canonicatibus et prebendis ceterisque beneficiis ecclesiasticis, que bone memorie Petrus S. Angeli diaconus cardinalis ex provisione seu concessione dicte sedis, dum viveret obtinebat, cum illa per eius obitum vacare contingeret, per ipsius sedis providentiam ordinari, canonicatus et prebendas ac beneficia supradicta, in quibuscumque ecclesiis sive locis consisterent, dum adhuc

¹ Johann II. de Rossillion, 1324 Juni 13 — 1341 Febr. 15.

² † 1326.

idem cardinalis ageret in humanis, non obstante si forte in apostolicis litteris, quarum auctoritate canonicatus et prebendas ac beneficia supra dicta dictus cardinalis fuerat assecutus, caveretur expresse vel alias per sedem eandem existeret ordinatum, quod eo cedente vel decedente canonicatus, prebende prelibata ad pristinum statum redirent nec apud sedem vacare intelligerentur eandem, collationi et dispositioni nostre duximus specialiter reservanda; decernentes super his, *etc.* Cum itaque canonicatus et prebenda ecclesie S. Laurentii de Lugano Burgilugani Cuman. dioc. quos idem cardinalis ex provisione seu concessione sedis eiusdem in eadem ecclesia, dum vixit, obtinuit, per eius obitum, qui nuper apud sedem apostolicam diem clausit extremum, vacare noscantur ad presens, nullusque de ipsis preter nos disponere possit reservatione nostra huiusmodi obsistente, volentes tibi tuorum meritorum obtentu, super quibus apud nos fidedigno testimonio commendaris, gratiam facere specialem: canonicatum et prebendam predictos eiusdem ecclesie S. Laurentii sic vacantes cum plenitudine iuris canonici ac omnibus iuribus et pertinentiis suis apostolica tibi auctoritate conferimus et providemus de illis, decernentes *etc.* *Vgl. Zeitschr. f. Schweizer. Kircheng.* 1910, *Heft I*, *p.* 56, *Nr.* 11.

Dat. Avinion. 6 id. dec., a. 11.

I. e. m. dil. filiis abbati monasterii S. Abundi extra muros Cuman. et Cuman. ac. S. Vitalis de Ripa Cuman. dioc. ecclesiarum archipresbiteris.

Reg. Aven. 26, *fol.* 343, *Nº* 988. — *Reg. Vat.* 82, *fol.* 198^v, *Nº* 488.

